UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Asclepio. 188.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Σερήνῳ τριβούνῳ. ρπϛ.

Μὴ λογοποίει τὰ δῶρα, ἀλλὰ προσφερε μόνον· οὐδὲ γὰρ ὁ σοί προσκομίσας τι, περιεργάζεται, ὅποι καὶ ὅπως χρήσαιο τούτῳ. ἀρκεῖ γὰρ μόνον τὸ δοῦναι, καὶ σοὶ τιμὴν, καὶ ἑαυτῷ παῤῥησίαν ὀρέξαι.

Sereno Tribuno. 186.

Ne ad calculos dona exigas: verùm duntaxat offer. Nam nec is, qui tibi aliquid attulit, curioſius explorat, vbi & quonam pacto illud inſumas. Sufficit eum dũtaxat dediſſe, atque tibi honorem, ac ſibiipſi fiduciam præbuiſſe.

Τῷ αὐτῷ. ρπζ.

Εἰ καὶ θεῷ ὑπόδικοι ὡς ἔφης οἱ κακῶς χρώμενοι τοῖς ἱεροῖς τυγχάνουσιν ἱερεῖς, ἀλλ' αὐτὸς τοῦτο ἀγνοεῖς. μὴ καὶ τὴν πρόθεσιν τῆς δωροφορίας ὑβρίσῃς, τὸν τρόπον τῆς δαπάνης αὐτῆς ἐρευνῶν, ὡς ἐπὶ τούτῳ δεδωκὼς, ἵν' εὐθύνας αὐτῆς ἀπαιτῇς, κἀκείνους τοῦ μέλλοντος ἐξέλῃ λογοθεσίου. ὥσπερ γὰρ οἱ ἐπιδεικτικῶς εὖ ποιοῦντες, τοῖς ἐνταῦθα κρότοις τὴν ἐκεῖθεν ἀμοιβὴν ζημιοῦνται, οὕτως οἱ τοῖς ἐκεῖσε δίκην χρεωστοῦντες, ἐνταῦθα προεξετάζοντες, τῆς ἐκεῖθεν ἀφιᾶσιν αἰτίας καὶ τιμωρίας.

Eidem. 187.

Etſi apud Deum rei atque obnoxij ſunt, vt inquis, Sacerdotes illi, qui rebus ſacris improbè vtuntur: at ipſe tamen hoc ignora: ne & largitionis propoſitum contumelia afficias, modum ac rationem, qua ea expenditur, curioſè perſcrutans (perinde videlicet ac ſi ob eam cauſam dederis, vt ipſius rationem expoſcas:) & illos, in quos id beneficij contuliſti, rationum in futurum referendarum neceſſitate liberes. Quemadmodum enim qui oſtentationis ſtudio boni aliquid agunt, per huiuſce vitæ plauſus ac laudes futuri præmij detrimento mulctantur: eodem modo qui eos, qui ſubeundo illic iudicio, rationibúſque referendis obnoxij ſunt, hîc priùs excutiũt atque examinant, eos illic crimine ac ſupplicio liberant.

A largitione nimia curioſitas abeſſe debet.

Ἀσκληπιῷ. ρπη.

Εἰ ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον ἑλίσσεται, καὶ τὰ ἄστρα πίπτει, καὶ ὠρίων, καὶ γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατακαίεται, καὶ πάντα γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τῇ μεγάλῃ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ κυρίου παρουσίας ἑτοιμάζεται, τοῦ χάριν αὐτὸς ἀμελεῖς, καὶ οὐχ ὡς εὐθύνας ὑφέξων εὐτρεπίζῃ, ἀλλ' ὡς ἀνέγκλητος λησόμενος, ἀναβάλλῃ τὴν μεταμέλειαν. ὅρα οὖν μὴ τότε σοι ἐπέλθῃ ἡ μετάγνωσις, ὅτε μόνη πάρεστιν ἡ ἀπόγνωσις.

Aſclepio. 188.

Si cælum libri inſtar conuoluitur, & aſtra cadunt, & Orion ac terra, & omnia quæ ipſius complexu coërcentur, igne cõflagrãt, cunctáque nuda & aperta magno illi Dominicæ præſentiæ diei præparantur: ecquid ipſe incuria laboras, ac non, vt rationes redditurus, te præparas, verùm vt criminum expers, atque incognitus futurus, pœnitentiam differs? Vide igitur ne tum denique tibi in mentem veniat pœnitentia, cùm deſperationi ſoli locus erit.

Apoc. 6. 2. Pet. 3. Heb. 4.

Cauenda nimis ſera pœnitẽtia.

Σερήνῳ. ρπθ.

Καλὸν μὲν τὸ τιμᾶν τοὺς μάρτυρας τῆς εὐσεβείας τοῖς ἀναθήμασιν, ὅπερ αὐτὸς πεποίηκας. κρεῖττον δὲ τὸ θερα-

Sereno. 189.

Pulchrum quidem eſt pietatis martyres votiuis donis ornare, quemadmodum tu facis. Pulchrius autem ac præſtantius

Martyrũ præcipuus honor, eorũ imitatio.